

\* 15. Bischof Conrad von Orthoſia weihet die Capelle beatae Mariae virginis vor Hannover ein und ertheilt Ablaß für dieselbe. 1360. Februar 9.

Nos frater Conradus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus Orthosensis, ac venerabilis in Christo patris ac domini, domini Hinrici, Hildensemensis ecclesie episcopi, per civitatem et dyocesim Hildensemensem in pontificalibus vices gerentes, coram omnibus presencia visuris vel audituris recognoscimus ac publice protestamur, quod anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, dominica in sexagesima, consecravimus ecclesiam extra murum Honoverensem, dyocesis Hildensemensis, in honorem beate virginis Marie et sancte Crucis et sancte Marie Magdalene. Consecravimus eciam ibidem cimiterium et tria altaria in capella predicta in honore patronorum ibidem signatorum, cooperante nobis gratia Spiritus septiformis. Insuper recognoscimus, quod sacerdotes in capella predicta altaristas licenciarimus et per presentes licenciamus, quod in predicta capella circa januas vel hostia mutacionem facere possint, nunc factas concludere et novas januas vel hostia in eadem fabricare et parietes jam factas pro parte destruere et lapideas vel latericias facere, secundum quod discrezioni eorum videbitur expedire, Concedimus eciam, quod cimiterium jam consecratum muro vel alia munitione circumdare possint, alia licencia super hoc minime requisita. Cupientes eciam, quod ecclesia predicta beate Virginis a cunctis Christi fidelibus devocius frequentetur, reverenciis ac honoribus veneretur, offortoriis, beneficiis, medeficiis adjuvetur, omnibus vere penitentibus et contritis, qui dictam ecclesiam in festivitatibus subsequentibus, scilicet omnibus festis Christi, omnibus festis beate Virginis, in festo Marie Magdalene et sancte <sup>1)</sup> Johannis baptiste, in festis omnium apostolorum, in festis sanctorum martyrum Stephani, Laurencii, Vincencii, Dyonisi, Mauricii, Georgii, in festis sanctorum confessorum Martini, Nycolai, Gregorii, Augustini, Benedicti, in festis sanctorum virginum Agathe,

<sup>1)</sup> so für sancti.